

Facetus Balfourini Lynardiae Miles
P. R. Rex Armorum.

1630. 12. 11. b

SYMBOLA
Diuina & Humana
PONTIFICVM
IMPERATORVM
REGVM.

Accessit breuis, &
facilis Isagoge

LAC. TYPOTII.

Tomus Primus.


Ex MVSÆ O
CTAVI DE
STRADA CIVIS
ROMANI.

S.C.M. SCVL
TOR EGIDIUS
SAELELR EXCV
PRAGÆ.
1601.

BALTHASAR CAYMOX. ex.

Cum Privil. Summi Pontif. & Sac. Cæs. M^{tis}.

Symbola S. Crucis.

VI
HIER GEM

Symbola S. Crucis.

VII
H. G

Symbola S. Crucis.

VIII
H. G

V I. Hierographia gemina.

EN virtutis gemmæ, totidem facies, Temperantia & Fortitudinis. Delitiae enim non est Crux. 6.

1. Si inimitabilis est Christi virtus; Bos ab armento digressus, quod fit, & fieri scribit Aristoteles, αἴματελεῖ vocat, & sub ilice, recubans, solitudine nobis continentiam, & parsimoniam commendat: Jam enim non despumat in libidinem: & nos si vitaremus contagia; & ut ille, glandifera arbore, nos paucos contenti, pabulum Luxuriæ negaremus, ne tenor vitæ concinnior existeret & dignior Christo, cui vita nostra tanti constitit. Nec taurus solum non instruit, prò pudor! brutum animans; sed nec animans, frenum & canon, quæ de ramo ilicis vides pendere, ut appetitum refrenemus, & rationis canone compescamus.

2. Et hic bellua nos animat. Rhinoceros est, ad fortitudinem, ut Taurus ad Temperantiam, melius nota Oppiano, quam Aristoteli. Nam Romæ Pompeius exhibuerat populo: & Emanueli Regi Lusitanæ exhibuit Cambaja. Fortitudinis exemplar est, quod è duello, quod cum Elephante, propter pascua perpetuum est, nunquam redeat, ni parta victoria. Mori scilicet mavult, quam vinci. Ad Fortitudinem quoq; spectant, quæ vides de annosa quercu suspensa, Arcus & Pharetra, imò ipsa quercus, quæ suo robore, elidit robur tempestatis, ne dicam temporis. Ita longævæ est, quanquam non vires corporis, sed animi robur, animans nos per animantia, plantas, & inanima Natura à nobis requirat. Fortis enim est, qui se ipse vicit: & quibus vulgo pauci reluctantur, si non ratione, recordatione crucis, superavit animi, veluti procellas, impetus.

VII. Hierographia gemina.

Mitia habemus exempla: sequuntur sæviora, planè, ut Medici expediti acria, si placida remedia langueant; legistatores, si non possunt suffundere, effundunt sanguinem.

1. Ciconia infesta Anguis; vindicta Dei est, justè in peccata animadvententis, ut Symbolum sonantiùs loquitur.

2. Anseres vero, quorum imbecilliores, volatu prævertere conantur, & improbi nominantur à Poëta; & fugiunt laurum, vatibus amicam. Hi nos sumus, qui inter nos de improbitate contendimus: & vaticinia salubria fugimus. Miseri & hoc miseriores: quod miseri esse volumus: & nolumus Crucis ærumnas momentaneas, anteponere flagitorum pœnis sempiternis.

VIII. Hierographia gemina.

Ad spem revocat Mystra animum, tactum conscientia scelerum.

1. Nam hic Satyrum sententiam loquentem facit oppidò salubrem. Satyrus autem, homo est, ut ille, incupiditates diffluens: hic enim verè homo non est, sed monstrum hominis. Quicunq; tamen est, salutem sibi promittit, Pentagonum intuens, & à fistula septem cicutis distincta aversus. Hæc scilicet totidem peccata capitalia discriminat: illud ex duobus Triangulis, Deitatem in Humanitate, & hanc cum illa, mysticè reprætentat. Est enim in Deitate & humanitate Trias, quam D. Augustinus, tantopere veneratur atque admiratur.

2. Iste Simiam, turpissimam bestiam, simillimam nostri, pari pietate